

mur. In antecedentibus demonstra-
tum satis esse existimo, quomodo Salia
ante incinerationem volatilia, per
colliquationem cum particulis terre-
stribus fixa evadant. Quare, cum ipse
qui novit rem ex primis Essendi Prin-
cipiis per Cognoscendi Principia com-
ponere, eandem in eadem facile resol-
vete possit; si terram figentem à Sa-
le hoc separaverimus, fixum omne in
volatile quod ante erat, denuò trans-
mutabitur.

Cui scopo optimè inserviet, si (jux-
ta præceptum etiam Præcellentiaë ve-
stræ (Sal Tartari fixum, cum proprio
fermento, Tartaro sc. crudo, vel etiam
purificato, Cremore Tartari (sic in fer-
mentatione bullæ ac uvæ elegantiores
conspicientur) mixtum fermentationi
exponamus. Ubi in admixtione fer-
menti & hoc præcipuè observandum
videtur, ut illud addatur ad PUNCTUM
SATURATIONIS usque; usq; dum scili-
cet cesset fermentatio ac motus parti-
cularum salinarum, quod signum erit,
nullam esse particulam Salis Tartari